

iter non timeant, sed contemnant tyrannorum et ciatas, appobit resurrectionis premium et ius intuitu ardua; & valde difficilia superantur, cum sciant; & certo sciant, quod non solum magna, & preclara dicta, & facta sed etiam minima, ac minutissima, tanquam unius capilli superabundantem mercedem, recipient, qua & coronabuntur.

Præclare ait D. Justin. apud D. Damasc. lib. 2. Parall. c. 77. ubi sic ait: *Quemadmodum corporibus omnibus a Deo procreatis hoc instum est, ut umbram habeant; sic Deum quoque, qui iustitia præditus est, tum iis qui virtutem sibi colendam propositerint, tum iis qui vitium amplexari maluerint, pro cuiusque merito premia, pannaque tribuere consentaneum est: Sicut umbra indivulsa sequitur corpus, sive magnum, sive parvum, sive in inimum sit; ita ut unus capillus, vel filum unicum quodque suam faciat umbram: Ita Dei naturam condigna operum muneratio concomitatur: Et sicut necessarium est corpori objecta luce umbram facere: sic et Divina providentia ordinatum, ut premia, vel poena pro qualitate factorum dispententur, sive in magno sive in parvo.*

30. D. Justin.

Omnia Divina providentia remissio notantur.

31. Pl. 125.

Ait Regius Vates, Pl. 125. n. 6. de S. Apostolis loquens in sua prædicatione: *Euntes ibant mittentes semina sua: venientes autem venientem exultatione portant manipulos suos: Quid est, quod lachrymæ fletus, ærumnæ semina dicit. Nam lachrymæ ab oculis cadunt, & veluti perent; Quid ergo habent cum semine, quod multiplicatum fructum producat? Semen etsi parvum, ac minutissimum sit, suum profert fructum; sic & minima lachryma, minimusque labor suum producit manipulum, ac coronam: Ad quod respiciens. D. Prosp. ait: *Tempus stendi, tempus seminandi, quia opera charitatis, qua relevantis hominum miseris adhibentur, aternorum messum pariunt gaudiorum; de fructu enim bonorum operum p̄ coronabuntur, agricola prout seminaverint. Vide tom. 3. c. 10. q. 9. n. 60. 61. 62. & in aliis in Sillabario, Verb. Præmium.**

D. Prosper Minutus labor messem producit.

QUESTIO VIII.

Quare per patientiam, ait Christus D. Qued anima possidetur, ac acquiritur?

32. 27. Per. Arab.

Ait Christus D. in præsentia: *In patientia vestra possidebitis animas vestras; Syriacus. Per patientiam vestram possidebitis: Arabicus: Cum patientia vestra; Pericus: Cum patientia & tolerantia comparate animam vestram: Ex quo fit manifestum, quod cum Christus ait. In patientia vestra possidebitis animas vestras: id est, salvabitur, salutem obtinebitis. Nam possidere: Phrass Hebræa, sæpe significat comparare sibi tamquam possessionem. Sic Eva Gen. 4. n. 1. ait: Possedi hominem per Deum: Sic & Petrus de Jeda Act. 1. num. 18. Possedit agrum de mercede iniquitatis: Idem ad Simonem Magum. Act. 8. n. 20. Existimasti donum Dei pecunia possideri: Possidere ergo animam suam, est animæ salutem acquirere, quod in alio loco dicitur animam invenire.*

Gen. 4. Act. 1. Act. 8.

Possidere animam est eam lucrari ac salvari.

Secundò, Respondet D. Greg. Homil. 35. in Evang. ait: *Per patientiam igitur animas nostras possideamus, quia dum nobismetipsis dominari dicimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. Idcirco autem possessio anima in virtute patientia ponitur; quia radix omnium visioque virtutum, patientia est. Patientia vero est aliena mala equanimiter perpeti; contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Impatiens animam suam videtur non possidere, sed potius ipsa caret: Siquidem iræ impetu seipsum non valet refranare, ac continere. At qui patientia nobilitatur, ipsum, quod est, suumque animum, verè possidet; quia sibi ipsi dominatur: Magnum lucrum, & valde utile est seipsum possidere, & Dominum sui exitere: Nam possessio dominium præstat possidenti, quod dominium & possessionem sui ipsius maxime præstat patientia: quod ad præfata verba bene ponderat Caier. & ait: *Eximium documentum possidendi non agros, non opes, non regna; sed quod majus est omnibus, proprium animum virtute patientie. Ergo patientia dat magnam & amplam possessionem sui ipsius.**

33. D. Greg.

Per patientiam est homo sui possessor; ac Dominus.

Caicran.

34.

Dum meus Jesus accusaretur à principibus Sacerdotum, ac senioribus nihil respondit. Tunc dixit illi Pilatus: *non audis quanta adversum te dicant testimonia? & non respondis ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Pras ves vehementer: Matth. 27. nom. 13. & 14. Non admiratur Pilatus dum audit Christi miracula, dumque videt, & sentit tot mirabilia in ejus morte: cum sol sit obscuratus, terra tremore concussa, ac petra scissa sint: Tamen modo admiratur dum videt quanta gravitate, generositate, constanti, & imperturbato animo Christus tanquam sui Dominus esset inter accusatores ad judiciale tribunal. Ac i Christi majestatem, ac celsitudinem magis manifestet ipsa muta patientia, quam quodcumque a iud mirabile, & miraculosum prodigium. Oigen. tr. 35. in Matth. sic ait: *Miratus est autem preses constantiam ejus, forsitan sciens, quod idoneus esset pronuntiare crimen, & tamen videbat eum in tranquilla, & quædam sapientia, & gravitate non turbabili stare: sed & vehementer miratur: Dignum enim ei videbatur magno miraculo, ut exhibitus Christus ad criminale iudicium imperturbabilis stare ante mortem, qua apud omnes homines terribilis estimatur Expende: Magno miraculo imperturbabilis stare.**

Matth. 27

Generosa patientia in Christi morte admirabilis.

Orig.

35.

Job auditis nuntiorum verbis, quod boves, oves, cameli cum suis pastoribus perierant, & simul quod filii ejus, corruente domo erant occisi: Tunc surrexit Job, & scidit vestimenta sua. Job. 1. n. 20. Cur tot, tantique malis oppressus cecidit, sicut & Heli audita filiorum cecidit? 1. Reg. 4. n. 18. At Job tot multiplicatis infaustis nuntiis non conacidit, sed exiit ut fortis, ac constans animo, nullâ temporum procellâ contractus, sed ut firma turris inter furentes, ac tumefcentes undas, eas contruit, ac confringens: Sic tantâ patientiâ erit Job; communitus corroboratus. D. Basil. in vena Græca ait. *Priori nuntio calamitatem nar, posterior interveniebat, qui acerbarum rerum studium, moeroreque afferebat: Calamitas, mitate erat apta: atque ærumna undarum cursum imitabantur, nec dum prior lachryma desereret, cum recentis causa afferretur: Justus*

Job. 1.

1. Reg. 4. Omnis calamitatum durities, firma patientia.

D. Basil.

Justus autem quasi scopulus consistebat; ac vim tempestatis excipiens, fluctuum violentiam incursum rediebat in spumam. Videbis densissimarum undarum molem ad scopulos impingentem, in quorum firmitate contracta tota illa moles in spumas abit. Sic tota illa furibunda calamitatum procella, marmoreum iusti pectus invenit, ita ut citò evanescat, & tanquam in spumas redigatur.

36. Mai. 2.

Ait Isaïas 2. n. 4. primavos Christianos, ac sanctos iustos designans: *construunt gladios suos in vomeres, lanceas suas in falces: Ipsi mittebantur tanquam oves ad occisionem, &*

ubique versabantur nudi, afflicti, angustiati in solitudinibus errantes, ita oppressi, ac si vivere eis non liceret: ad quid ergo falces, & vomeres, quæ sunt instrumenta ad seminandum, & merendum? Quia ipsa sua patientia in tantis afflictionibus, injuriis, ac cruciatibus serviebat ad seminandum ingentem iustitiæ, fructum, ut colligerent amplissimos beatitudinis, ac gloriæ coronatos manipulos. D. Iren. D. Irenæ lib. 4. c. 67. & ait: *Gladios, & lanceas bellatorias in aratra fabricaverunt ipsi & in falces, quas donavit ad metendum frumentum, & jam nesciunt pugnare, sed percussi alteram præbent maxillam.*

Patientia facundissimis messis.

D. Irenæ

CAPUT XXII.

1. APPROPINQUABAT autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: 2. & quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Jesum interficerent: timebant verò plebem. 3. Intravit autem Satan in Judam, qui cognominabatur Iscariotes unus de duodecim: 4. & abiit: & locutus est cum Principibus Sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5. Et gavisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. 6. Et spondit, ut quærebat opportunitatem ut traderet illum sine turbis. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. 8. Et misit Petrum & Joannem, dicens euntes parate nobis Pascha ut manducemus. 9. At illi dixerunt, Ubi vis parare; 10. Et dixit ad eos, ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum in quam intrat. 11. Et dicetis patrifamilias domus, dicit tibi Magister, Ubi est diversorium ubi Pascha cum discipulis meis manducem? 12. Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. 13. Euntes autem invenerunt sicut dixit illis, & paraverunt Pascha. 14. Et cum facta esset hora discubuit & duodecim Apostoli cum eo. 15. Et ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. 16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. 17. Et accepto calice gratias egit & dixit, accipite, & dividite inter vos. 18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis funderetur. 21. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. 22. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit: veruntamen vix homini illi per quem tradetur. 23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. 25. Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. 26. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator. 27. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? 28. Vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. 29. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum. 30. Ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedetis super thronos judicantes duodecim tribus Israël. 31. Ait autem Dominus, Simon, Simon, ecce Satan expetivit vos ut tribuaret sicut triticum. 32. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua: & aliquando conversus, confirma fratres tuos. 23. Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. 34. Et ille dixit, dico tibi Petre, non cantabis hodie gallus, donec ter abneges nocte me. 35. Et dixit eis, quando misit vos sine sacco & pera, & calceamentis: nunquid aliquid defuit vobis; 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium

gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent. 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hinc. At ille dixit eis, satis est. 39. Et egressus ibat, secundum consuetudinem in montem Olivarum. Secuti sunt autem illi & discipuli. 40. Et cum pervenissent ad locum: dixit illis, Orate, ne intretis in tentationem. 41. Et ipse avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis, & positus genibus, orabat. 42. Dicens: Pater, si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. 43. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. 45. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia. 46. Et ait illis, quid dormitis: Surgite, orate, ne intretis in tentationem. 47. Adhuc colloquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum. 48. Jesus autem dixit illi, Juda, osculo filium hominis tradis? 49. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? 50. & percussit unus ex illis servum Principis Sacerdotum & amputavit auriculam ejus dexteram. 51. Respondens autem Jesus, ait, Sine usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus sanavit eum. 52. Dixit autem Jesus ad eos qui venerant ad se, Principes Sacerdotum & Magistratus, Templi, & Seniores. Quasi ad latronem existis, cum gladiis & fustibus? 53. cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. 54. Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum Principis Sacerdotum. Petrus autem sequebatur à longe. 55. Accenso autem igne in medio atrii, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56. Quem cum vidisset ancilla quadam sedentem ad lumen: & eum fuisset intuita dixit, & hic cum illo erat. 57. At ille negavit eum, dicens: mulier, non novi illum. 58. Et post pusillum alius videns eum, dixit, & tu de illis es. Petrus verò ait: ò homo non sum. 59. Et intervallo facto, quasi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens, Verè hic cum illo erat. Nam & Galilæus est. 60. Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis, Et continuo, adhuc illo loquente, cantavit gallus. 61. Et conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. 62. Et egressus foras Petrus, flebit amarè. 63. Et viri qui tenebant illum illudebant ei cadentes. 64. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus: & interrogabant eum, dicentes, prophetiza, quis est qui te percussit? 65. & alia multa blasphemantes dicebant in eum. 66. Et ut factus est dies, convenerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum dicentes. 67. Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, si vobis dixerò, non credetis mihi. 68. Si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimitteris. 69. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 70. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. 71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore ejus.



A R G U M E N T U M
cum Remissionibus.

- Primò, Vers. 1.* Describit Evangelista Judæa proditorem, ejusque pactum cum Judæis; de quo egi. tom. 5. lib. 7. c. 3.
- Secundo, Vers. 7.* Disponitur cœnaculum præparatum. De quo dixi citato lib. 7. cap. 4.
- Tertiò, Vers. 14.* Narratur ultima Christi cœna, in qua instituitur Sacra Eucharistia. explicavi citato lib. 7. c. 7.
- Quartò, Vers. 23.* Contentio discipulorum

- de primo, à Christo re-
prehensa, & eodem l. c. 8.
Quintò, Vers. 31. Prædicitur Petrus ne-
gans, de quo dixi
lib. cap. 10.
- Sextò, Vers. 9.* Describitur Christus orans
in horto ad patrem. De
quo tractavi tom. 5. lib. 8.
c. 2. & etiam p. Matth.
26. Apparuit Angelus con-
fortans de quo cit. lib. 8.
cap. 2.
- Septimò, Vers. 48.* Refertur Christi
prehensio; de quo disle-
rui citato lib. 8. cap. 3. &
supra. Matth. 26.
- Octavò, Vers. 55.* Proponitur Petrus ne-
gans

gans, quod explicavi eo-
dem lib. 8. cap. 5. & su-
pra Matth. 26.

Novò, Vers. 63. Describuntur multæ illus-

siones, alapa, ac blasphem-
iæ in meum amantissi-
mum Jesum? de quo tra-
ctavi citato lib. 8. cap. 4.



C A P U T X X I I I.

1. Turgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum,
2. Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc invenimus
subvertentem gentem nostram & prohibentem tributa dare Cæsa-
ri: & dicentem se Christum regem esse. 3. Pilatus autem inter-
rogavit eum dicens. Tu es Rex Judæorum. At ille respondens, ait:
Tu dicis. 4. Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum, & turbas: Nihil invenio
causæ in hoc homine. 5. At illi invalescebant dicentes, Commovet populum,
docens per universam Judæam, incipiens à Galilæa usque huc. 6. Pilatus autem audiens
Galilæam, interrogavit si homo Galilæus esset. 7. Et ut cognovit quod de Hero-
dis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolimis erat illis
diebus. 8. Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde; erat enim cupiens ex
multo tempore videre eum eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum ali-
quod videre ab eo fieri. 9. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse
nihil illi respondebat. 10. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ constanter
accusantes eum. 11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illu-
sit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. 12. Et facti sunt amici Herodes, & Pi-
latus in ipsa die: nam antea inimicierant ad invicem. 13. Pilatus autem convoca-
tis Principibus Sacerdotum, & Magistrate, & plebe. 24. dixit ad illos, obtulistis
mihi hunc hominem quasi evententem populum, & ecce ego coram vobis inter-
rogans, nullam causam invenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis.
15. Sed neque Herodes, nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte
actum est ei. 16. emendatum ergo illum dimittam. 17. Necesse autem habebat
dimittere eis per diem festum, unum. 18. exclamavit autem simul, universa
turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. 19. Qui erat propter se-
ditionem quandam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem. 20.
Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Jesum. 21. At illi suc-
clamabant dicentes, Crucifige, Crucifige eum. 22. Ille autem tertio dixit ad illos.
Quid enim mali fecit iste nullam causam mortis invenio in eo? corripiam ergo il-
lum, & dimittam. 23. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigere-
tur, & invalescebant voces eorum. 24. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eo-
rum. 25. dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus
fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum verò tradidit voluntati eorum. 26.
Et cum dicerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem
de villa; & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. 27. Sequebatur autem
illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant; & lamentabantur eum.
28. Conversus autem ad illas Jesus, dixit, Filia Jerusalem, nolite flere super me,
sed super vos ipsas flere, & super filios vestros. 29. Quoniam ecce, venient dies, in
quibus dicent, Beata steriles, & ventres qui non genuerunt; & ubera quæ non lac-
taverunt. 30. Tunc incipient dicere montibus Cadite super nos: & collibus;
Operite nos. 31. Quia si in viridi ligno hæc faciunt; in arido quid fiet? 32. Du-
cebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interfecerentur. 33. Et postquam
venerunt in locum qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum; & latrones unum
à dextris, & alterum à sinistris. 34. Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis, non
enim sciunt quid faciunt. dividentes verò vestimenta ejus miserunt sortes. 35. Et
stabat post eum unus expectans, & deridebant eum Principes cum eis, dicentes; alios sal-
vos fecit se salvum faciat, si hic est Christus, dei electus. 36. Illudebant autem
ei & alii accedentes, & acetum offerentes ei. 37. Et dicentes; si tu es Rex Ju-
dæorum, salvum te fac. 38. Erat autem & superscriptio scripta super eum literis
Græcis & Latinis, & Hebraicis; Hic est Rex Judæorum. 36. Unus autem de his
qui